

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9424

**Auteur(s) :** Raoul de Vautorte [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1200...

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Raoul de Vautorte confirme à l'abbaye de Savigny les aumônes faites sur sa terre.

## Tableau de la tradition

### Copies manuscrites

C. Caen, Musée des Beaux-Arts, coll. Mancel, 302, I, n° XCIX, p. 123-124 et VII, n° XCIX, p. 66-67. Copie du XXe siècle

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° XCIX)

### Texte d'après C

Universis fidelibus tam presentibus quam futuris Radulfus de Valle Torta salutem. Scripto presenti omnibus notum fieri volo me dedisse et concessisse Deo pro Dei amore et pro salute anime mee et omnium antecessorum ac successorum meorum concedentibus fratribus meis Osmundo et Hugone in perpetuam elemosinam penitus et quietam monachis Sancte Trinitatis de Savigneio totum clausum quod est inter Vallem Tortam et Sanctum Albinum cum omnibus pertinentiis suis ubi quandam predicti monachi ad congregandas decimas suas domos edificaverunt. Concessi etiam predictis monachis decimam de Siligneio quam habent ex dono avi mei Osmundi Piscis et domum et plateam in burgo Siligneii quod dedit avus meus Osmundus Piscis ad luminare prenominate ecclesie Savigneii. Concessi etiam prenominate monachis totam decimam que fuit Gervasii de Sancto Hylario et totam decimam de Valle Torta et de Montage et de Rogeaune et in Valletorta domum illam et plateam cum oscha et orto que omnia dedit et concessit Hugo pater meus predictis monachis libera et quietam cum omnibus pertinentiis suis. Concessi etiam eisdem monachis donationem quam fecit illis Heluinus de Boscoemoier terram videlicet que dicitur La Fichepaliera et terram que dicitur La Moranderia cum omnibus pertinentiis earum. Concessi etiam sepe-nominate monachis totum pratum Destorne quod habent ex dono Emorannis Piscis avunculi mei. Hec omnia que suprascripta sunt dedi et concessi predictis monachis concedentibus fratribus meis Osmundo et Hugone libera omnino et quietam ita quod nichil juris vel terreni servicii michi vel heredibus meis ibi retinui. Concessi etiam ut homines qui in predictis terris manserint habeant omnimodam quietantiam per totam terram meam et legitimam communionem cum omnibus meis in plano et bosco in pascuis et herbagiis in aquis et viis et semitis et omnibus aliis rebus. Omnia hec que hic enumerata sunt presenti carta mea confirmo et sigilli mei munimine corroboro. Testibus his,

Juhello domino Meduane, Willelmo de Gorran, Roberto de Landevico, Willelmo de Boscoberegerii, Radulfo de Boscoberegerii, Hugone de la Gandiche, Radulfo de Rocherio, Galterio de Fagis et multis aliis.